PRIMA pars Plyniani Indicis editi per Ioannẽ Camertẽ ordĩs Minorũ, sacræ Theologiæ. D. In qua, tabellæ pictæ instar, mira litterarũ cõnexione, dicunt ea oĩa, Geographiã præter, quæ toto Plyniano uolumine continentur.

Cum gratia, & priuilegio, ut mox sequitur.

IOANNES CAMERS ORDINIS MINORVM
Sacræ Theologiæ Doctor. Stephano Verbeucio
Pãnonio, bonaꝝ artiũ cultori optimo. S. P. D.

COmmunis peritorũ, nec ab re quidẽ, sentẽtia est STEphane humanitatis exẽplar, Caiũ Plyniũ Secundũ, fuisse sui tẽporis peritissimũ. Id uerũ esse fatebunt̃ oẽs, qui tum subiectã materiã, tũ styli elegantiã, tũ deniq; seriem, ordineq; in scribendo, autoris eius (in his eni Aristotelis, & Themistii testimonio, scientiaꝝ dinoscit̃ principatus) diligẽter aniaduerterint. In eo e teni, qđ iniuria tẽporis solũ extat, Plyniano uolumine, cui naturalis historiæ titulũ indidit decẽtissime, quicquid ab hoĩe doctissimo cõcipi potest, felicissime cõplexus est. SI Eius operis diffusi, eruditi, nec minus uarii q̃ ipsa natura, materiã quæris, in eo de cœlo: mundo: Elemẽtis: syderibus, ac horum propriis. De orbis terræ partitione, terrarũ locis, ac gẽtibus. De maris partibus, ac aquaꝝ cæterarũ natura. De hoĩm ritu dissono, deq; his aliis, quæ ad hominũ cognitionẽ pertinent. De rerũ inuẽtoribus uariarũ. De his animalibus, quæ partim terra: partim aquis: ꝑtim cœlo, uitã agũt, De his, q̃ insecta dicunt̃, ac ĩ his naturæ subtilitate Aristotelis, ac ueteꝝ philosophoꝝ, fidus interpres. De arboribus, plantisq;, tũ odoratis, tũ peregrinis aliis. De uitibus, uineaꝝ culturis, ac uini generibus uniuersis. De plantis frugiferis, Syluestribus, satiuis, deq; his, q̃ spõte sua ꝓueniunt, Theophrastũ in his, peripateticoꝝ ueterũ lõge principẽ, ac plerosq; alios doctrina claros plerũq; secutus, plurima suo ingenio, ac solerti studio repta, nec nota prius, aliis supaddẽs. De frugũ, Cerealiũq; natura. De agricolarum studiis. De syderum ortu, atq; occasu, De uentorum

rationibus. De tempestatũ, pgnosticis, futurorũq; præsagiis. De hortorum cultu, hortensiumq; natura, usuq; multiplici. De plantaꝝ satiuaꝝ cibis, earũq; medicinis. De floribus, tum herbaꝝ tũ arborũ, ac de coronamẽtoꝝ differẽtiis. De uinoꝝ, arborũ urbanaꝝ, Syluestriũq; medicinis. De nouis morboꝝ generibus, deq; hoꝝ curis. De medicinis, q̃ ex aialibus excogitatæ sunt. Deq; artis eius autoribus, atq; origine. De magica uanitate, & qui uanitatis eius fuerint autores. De aquatiliũ usu uario, & his q̃ ex aquis procreant, & fiũt. De intra terrã genitis metalloꝝ uidelicet generibus, auro, argẽto, ære, plũbo, ferro, cæterisq; his similibus. De ærariis artificib9. De coloꝝ differẽtiis, usuq;. De picturæ iuẽtione, pictoribusq; præcipuis, deq; eoꝝ miris opibus. De marmoribus, reliquorũq; lapidum speciebus, quiq; in sculpẽdis his maxime claruerũt. Postremo de gẽmaꝝ noĩbus, locis, uiribus, pretiis, coloribus. Quaq; disciplina, ac arte, quæ ueræ sunt, a ficticiis dignoscãtur, nõ minus eleganter, q̃ docte Plynius Secundus disseruit copiose. Quæ omnia nullus adhuc scriptorum, nedum apud Latinos, sed nec apud Græcos quidẽ, qui sibi in huiusce rebus tribuũt principatum, tam feliciter aggressus est, & absoluit.

SI STYli elegantiã quis exposcat, uix dabis ex tot alterum, quẽ Plynianæ cõpares elegãtiæ. Sunt eni (teste Macrobio) quatuor dicẽdi genera: Copiosum, i quo Ciceronẽ dñari asserit. Breue, quod Salustio peculiare fuit. Siccũ, quod Frõtoni ascribit, pingue, & floridũ, in quo inquit Plynius Secundus luxuriat. Quis unq̃ pterea Plynianã in tam patẽti cãpo breuitatem, cõsequi potuit? Quæ eni ab aliis pluribus uoluminibus cõscripta sunt, ea, & sæpe plura, Plynius is paucis est cõplexus capitibus. Ita eni fore, pbabit is qui Geographiæ scriptores, de anialibus libros editos, de plantarũ natura, scripta

legerit diligẽter. Cæteros ſcriptores breuitas (inquit Horatius) obſcuros hunc eadem lucidũ efficit, & ornatum. LEGErat Plynius indubie illud Horatianũ pceptũ. Singula quæq; locũ (inquit) teneãt ſortita decẽter. Nemo pfecto ſcribentiũ (uenia dixerim alioꝝ) Plynio ordinatius: rebuſq; de quibus ſcribit, cõuenientius uel librũ libro cõnexuit, uel materiã materiæ copulauit. Primo eni de cœlo, cuius circũflexu tegunť cuncta. De terra cõſequenter, ac his, quæ uel circa, uel ſupra terrã cõmune animãtibus elementũ, ſita ſunt. Poſtremo de infra terrã poſitis, quæ Mineralia uulgo nuncupãt, diſſeris copioſe. Fateť tandẽ Plynius ingenue, per quos pfecerit autores, monetq; cũ improbe facere, qui in alieno (ut inqt ille) libro ĩgenioſus eſt. Indicat quos ſit autores ſecutus ĩ opere. Quibuſue ſit ſcriptoribus dãda fides. Et ut paucis ex his quæ in huius laudes dici poſſent, plura cõplectar, nil horũ Plynius ptermittit, q̃ nobiliſsimo cuiq; autori, iure cõuenire uideantur. Hũc eundẽ Plyniũ, Catholici ſcriptores, Lactãtius, Ambroſius: diuus Hieronymus: Aurelius Auguſtinus: Euſebius Cæſarienſis præſul, cæteriq; diuinarũ rerũ ſcriptores, nedũ imitati ſunt, ſed eũ ipm totũ fere, memoria tenuerũt, poſteriores aũt qui in ſacris litteris habenť doctiſsimi, ſæpius ob Plyniani dogmatis ignorantiã, in maximos: ac teſtandos errores plapſi ſunt. Errãt itaq;, ſiqui labores hos noſtros flocciſaciũt, & cõtempnũt. His ſiquidem, qualibuſcũq; uigiliis, breui mora tẽporis (quod utiliſsimũ fore mecũ q̃ plures ſentiũt) ea oia, quæ apud Plynium naturæ ſpeculum memoratu digna ſunt, cognoſci, ediſciq; poſsunt, oraculũ uel oraculo ſimile eſt (ut refert Seneca) Tẽpori parce. Rurſus alibi. Tẽpus colligendũ,

rationibus. De tempestatũ,pgnosticis,futurorũq; præsagiis. De hortorum cultu,hortensiumq; natura, usuq; multiplici. De plantaꝝ satiuaꝝ cibis,earũq; medicinis. De floribus, tum herbaꝝ tũ arborũ,ac de coronamẽtoꝝ differẽtiis. De uinoꝝ, arborũ urbanaꝝ, Syluestriũq; medicinis. De nouis morboꝝ gen. ribus,deq; hoꝝ curis. De medicinis, q̃ ex aĩalibus excogitatæ sunt. Deq; artis eius autoribus,atq; origine. De magica uanitate, & qui uanitatis eius fuerint autores. De aquatiliũ usu uario, & his q̃ ex aquis procreant̃, & fiũt. De intra terrã genitis metalloꝝ uidelicet generibus,auro,argẽto,ære, plũbo,ferro,cæterisq; his similibus. De ærariis artificib9. De coloꝝ differẽtiis,usuq;. De picturæ iuẽtione,pictoribusq; præcipuis,deq; eoꝝ miris opibus. De marmoribus, reliquorũq; lapidum speciebus,quiq; in sculpẽdis his maxime claruerũt. Postremo de gẽmaꝝ noĩbus,locis,uiribus,pretiis,coloribus. Quaq; disciplina,ac arte,quæ ueræ sunt,a ficticiis dignoscãtur,nõ minus eleganter, q̃ docte Plynius Secundus disseruit copiose. Quæ omnia nullus adhuc scriptorum,nedum apud Latinos,sed nec apud Græcos quidẽ,qui sibi in huiusce rebus tribuũt principatum,tam feliciter aggressus est, & absoluit.

SI STYli elegantiã quis exposcat,uix dabis ex tot alterum, quẽ Plynianæ cõpares elegãtiæ. Sunt eni (teste Macrobio) quatuor dicẽdi genera: Copiosum,ĩ quo Ciceronẽ dñari asserit. Breue,quod Salustio peculiare fuit. Siccũ, quod Frõtoni ascribit̃, pingue, & floridũ,in quo inquit Plynius Secundus luxuriat̃. Quis unq̃ p̃terea Plynianã in tam patẽti cãpo breuitatem,cõsequi potuit? Quæ enĩ ab aliis pluribus uoluminibus cõscripta sunt,ea, & sæpe plura, Plynius is paucis est cõplexus capitibus. Ita enĩ fore,pbabit is qui Geographiæ scriptores, de aĩalibus libros editos, de plantarũ natura, scripta

legerit diligẽter. Cæteros ſcriptores breuitas (inquit Ho⸗ratius) obſcuros hunc eadem lucidũ efficit, & ornatum. LEGErat Plynius indubie illud Horatianũ pceptũ. Sin⸗gula quæq; locũ (inquit) teneãt ſortita decẽter. Nemo p⸗fecto ſcribentiũ (uenia dixerim alioꝝ) Plynio ordinatius: rebuſq; de quibus ſcribit/cõuenientius uel librũ libro cõ⸗nexuit, uel materiã materiæ copulauit. Primo enĩ de cœ⸗lo, cuius circũflexu tegunt̃ cuncta. De terra cõſequenter, ac his/quæ uel circa, uel ſupra terrã cõmune animãtibus elementũ, ſita ſunt. Poſtremo de infra terrã poſitis, quæ Mineralia uulgo nuncupãt/diſſeris copioſe. Fatet̃ tandẽ Plynius ingenue, per quos pfecerit autores, monetq; cũ improbe facere, qui in alieno (ut inqt ille) libro ĩgenioſus eſt. Indicat quos ſit autores ſecutus ĩ opere. Quibuſue ſit ſcriptoribus dãda fides. Et ut paucis ex his quæ in huius laudes dici poſſent/plura cõplectar/ nil horũ Plynius p⸗termittit/q̃ nobiliſsimo cuiq; autori, iure cõuenire uidean tur. Hũc eundẽ Plyniũ/ Catholici ſcriptores/ Lactãtius, Ambroſius: diuus Hieronymus: Aurelius Auguſtinus: Euſebius Cæſarienſis præſul, cæteriq; diuinarũ rerũ ſcri⸗ptores, nedũ imitati ſunt, ſed eũ ipm totũ fere/ memoria tenuerũt, poſteriores aũt qui in ſacris litteris habent̃ do⸗ctiſsimi, ſæpius ob Plyniani dogmatis ignorantiã, in ma⸗ximos: ac teſtandos errores plapſi ſunt. Errãt itaq;, ſiqui labores hos noſtros floccifaciũt, & cõtempnũt. His ſiq⸗dem, qualibuſcũq; uigiliis, breui mora tẽporis (quod uti⸗liſsimũ fore mecũ q̃ plures ſentiũt) ea oĩa, quæ apud Ply⸗nium naturæ ſpeculum memoratu digna ſunt, cognoſci, ediſciq; poſſunt, oraculũ uel oraculo ſimile eſt (ut refert Seneca) Tẽpori parce. Rurſus alibi. Tẽpus colligendũ,

& seruandũ consulit. Labori præterea, si possumus, parcendũ censent. Occupatis insup, inquit Frõtinus, uelocitate cõsuli debet, longũ enim esse ait, singula, & sparsa p immẽsum historiarũ corpus, psequi. Si quis omnino laborem hunc nostrũ spernendũ censet, obiiciã huic illud Plynianũ adagium. Cũ hanc operã conderẽ non erat in hoc albo. Mihi (deum testor) hũc olim laborẽ sumpserã, amici tñ quos inter Ioachimus Vadianus orator & Poeta cãdidissimus, nobisq́ inter amicos charitate iunctissimus, ut Plynianũ indicem in uulgus ederem, cõpulerũt. Sed leuia hæc, & parua nimis esse contendes. Laudat Christus dñs eam ipsam uiduam pauperculam, quod in templi dei Gazophilatiũ, æra minuta duo, cũ ei nõ plura forent, cõtulisset. Nec ambigimus quin munera sæpe deo sint grata e paupere mensa, Nec solet e puris sperne re fictilibus. Huc accedit Horatiana aurea sententia, Immunis aram si tetigit manus, Non sumptuosa blandior hostia Mollibit auersos penates, Farre pio, & saliẽte mica. GRAECOrum, ac Latinorum plurium consuetudinem imitati, omniũ fere litterarũ ordinem conneximus, quod non sine labore maximo in indice tam referto, factum est. SEIVnximus præterea a rebus aliis, Geographiam ipsam ne nimia ut solet fieri magnitudine, difficultas legẽtibus si simul essent omnia, pareretur. Has studiosis non inutiles (ut credimus) uigilias pro incœpta nos inter amicitia, tibi dicauimus, maiora deiceps (nam plura sunt in manibus) deo comite dicaturi. Viennæ Pãnoniæ Anno a Christi natali. M.D.XIIII. Pridie Kalẽ. Septembris.

LEO papa decimus.

Dilecto filio fratri Ioanni de Camerino ordinis Minorũ & in conuentu Viennæ regenti.

DILECTE fili Salutem & apostolicã benedictionem. Cum sicut nobis nuper exponi fecisti pro cõmuni eorum utilitate, qui bonarũ litterarum studiosi sunt, quoddam registrum, siue tabulam super libris Plynii Secundi, tua opera tuoq; ingenio editũ imprimere, & conuenienti precio uendere cupias, dubitesq; ne si id genus librorũ postq̃ a te impressum atq; promulgatũ fuerit ab aliis imprimatur, tuis impensis & laboribus defrauderis, nobis humiliter supplicari curasti, ut tuæ indemnitati super hoc ꝓspicere paterna benignitate dignaremur, prouideremq; ne opera antedicta ab ullo alio præterq̃ abs te qui primus huiusmodi registrũ seu tabulam edidisti, imprimi possẽt. Nos igitur considerantes ꝙ ex usu & studio eiusmodi librorum & uoluptas & utilitas non modica ad eius professionis homines est peruentura: ac prouidere uolentes, ne huiusmodi iacturæ, & defraudationis metu tuum desiderium refrigescat, Tuisq; in hac parte supplicationibus inclinati omnibus & singulis cuiuscũq; gradus & conditionis existant clericis & laicis sub excõmunicationis latæ sententiæ pœna, a qua nisi prius satisfactũ fuerit, absolui non possint, districte inhibemus, ne opera prædicta, seu partem ipsorum operum per quinquenniũ, a die quo tu illa imprimere cœperis computañ. imprimere, seu imprimi facere quouis modo, aut quæsito colore audeant, uel præsumant. Et nihilominus Venerabilibus Fratribus

Archiepiſcopis, Epiſcopis, aliiſq; locorum ordinariis per has noſtras mandamus, ut in præmiſsis tibi opportuno fauore aſsiſtãt: ac omnes & ſingulos contra hanc inhibitionem noſtram quicquid facere, & innouare præſumentes, huiuſmodi excõmunicationis ſententiã incurriſse, declarent, inhibeãt, & citent, ac alia faciant quæ ad id duxerint neceſsaria aut quomodolibet opportuna. Fe. re. Bõ. papa octauus prædeceſsores noſtri de una & generalis concilii de duabus dictis, ac aliis conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis cæteriſq; contrariis nõ obſtãtibus quibuſcunq;. Datum Romæ apud ſanctũ Petrum ſub annulo piſcatoris die. vii. Decembris. M. D. XIII. Pontificatus noſtri anno primo.

Ia. Sadoletus.

MAXIMILIANVS diuina fauente clementia electus Romanoꝝ Imperator ſemper Auguſtus, ac Germaniæ. Hungariæ. Dalmatiæ Croatiæ. &c. Rex. Archidux Auſtriæ, dux Burgũdiæ, Brabãtiæ. &c. Comes palatin9. &c HOnorabili religioſo deuoto nobis dilecto Ioanni Camerti ſacræ Theologiæ profeſsori fratri ordinis Minoritani. Gratiam noſtram Cæſaream, & omne bonũ. Cum ſicut Maieſtati noſtræ Honorabilis fidelis nobis dilectus Iacobus Spiegel Secretarius noſter, & in ſtudio noſtro Viennẽ. nouorum iurium profeſsor ordinarius, tuo nomine expoſuit, feceris quoddam Regeſtum ſiue Indicem in uniuerſum. C. Plynii opus, dubiteſq; ne ſi id genus librorum, poſtq̃ abs te publicatũ fuerit, ab aliis imprimaꝛ

atq; ita & impensis & laboribus defrauderis. Cum autē nemini officium suum damnosum esse debeat, & ne desyderium tuum huiusmodi iacturæ & fraudationis metu refrigescat, tuæ indemnitati super hoc innata benignitate qua eos complectimur qui pro cōmuni studiosorum utilitate insudant consulere & prospicere uolentes inclinati supplicationibus tuis, omnibus & singulis cuiuscūq; cōditionis existant Calcographis, & librorum impressoribus ubilibet locorum in sacro Romano Imperio, etiam in terris nostris hereditariis cōstitutis sub pœna infrascripta districtius inhibemus tenore præsentium, ne Indicem præfatum & cōsimiles tuas tabulas repertorias, quales in legales nostras Pandectas, ac in alia præclarorum scriptorum opera miro ingenio & labore diceris comportasse, una cum commentariis, annotamentis, ac aliis tui ingenii monumentis per te in posterum in ciuitate nostra Viennensi uel ubi tibi libuerit imprimenda dandis, per quinquennium a Data editionis cuiuslibet talium operū seu librorum & tabularū imprimere seu alibi imprimi facere quouis modo, aut quæsito colore studeāt uel præsumāt. Mandantes omnibus & singulis nostris & sacri Imperii fidelibus dilectis cuiuscunq; status, conditionis, & dignitatis etiam si Archiepiscopalis, Pontificalis, Archiducalis, Ducalis, Marchionalis, Baronalis, Nobilitaris, & alterius cuiuscunq; præeminentiæ magistratus, seu officii, siue ecclesiastici, siue secularis fuerint, sub pœna indignationis nostræ, & sacri Imperii grauissimæ, atq; decē marcarum auri puri pro una fisco nostro Imperiali, & pro altera medietatibus tibi Camerti totiens quotiens huic inhibitioni, uoluntati & gratiæ contrafactum fuerit appli-

candarum, ut in præmissis tibi opportuno fauore adsistant, ac omnes & singulos contra hanc gratiam & inhibitionem nostram quidq̃ facere præsumentes huiusmodi indignationis nostræ & pœnæ sententiam nostro nomine fuerint absq; impedimento & mora præfata nostra gratia & priuilegio te frui & gaudere sinãt. Alioquin scientes se indignationem nostram & pœnam prædictas indubiæ & irremissibiliter incursuros. Harum testimonio litterarum sigilli nostri impressione munitarum. Datum in ciuitate nostra Vienna. Sexta die mensis Maii. Anno domini Millesimo. Quingentesimo decimoquarto. Regnorum nostrorum Romani Vicesimonono. Hungariæ uero Vicesimoquarto.

Per Regem
p se

Ad mandatũ Cæs.
Maiest. ppriũ.

Ia: de Bannissis.

IOANNIS CAMERTIS ORDINIS MINOrum, Theologiæ Doctoris, ac Principis in eadem Viennæ Lectoris ordinarii. In Caii Plynii Secūdi laudē, Epigrāma.

Ingenuis, doctrina uirisq;, artesq; dedere
    Asidue ut uolitent docta per ora uirum,
Cui non Bistonii celebratur gloria uatis,
    Transtulit in patriam, quod sacra Memphi tua?
Argolicis lis est de stirpe insignis Homeri,
    Carmine quod cecinit bella cruenta ducum.
Ascræum ciuem sacrarunt rura: diesq;
    Agricolis quoniam dogmata pauca dedit.
Tytirus, Aruorum cultus, mox Arma uirumq;
    Andini referunt nomen ad astra sui.
Nasoni tribuunt famam per sæcula libri,
    Fabula sit quamuis omne quod ille canit.
Sicq; Syracusius, Sphæram quod primus in orbe
    Repperit, Isthmiacis gloria magna fuit.
Plynius at docto complectitur omnia libro:
    Explicat & quicquid maximus orbis habet.
Hic cœlum, cœliq; polos, hic sydera, motus,
    Astrorum uires, pandit, & insinuat.
Hic elementa, sua quot sint ab origine mundi
    Edocet: & fuerint q̄ bene nexa loco.
Terrarumq; situs, populorum nomina, mores.
    Hinc animatorum reddidit historias.
Pomonæ, Bacchiq; simul, Cererisq; reperta,
    Hortorum cultus præmia mille refert.

Herbarum medicos usus, patriamq; genusq;
Promit & humanis quæq; sit apta cibis.
Sagarum ritus damnat: astusq; Magorum:
Hinc artis medicæ quæ sit origo docet.
Aera metallorum reserat telluris in aluo,
Et quas ardenter quærit auarus opes.
Pictores summos retulit, numerumq; colorum,
Et lapidum species, marmoreumq; decus.
Vnus gemmarum scriptor, documenta Sophorum
Cuncta refert modico, perspicuoq; libro.
Hunc igitur natura sui: rerumq; magistrum
Edidit: & normam, quam sequeremur habet.
Qui cupit excultam præceptis reddere mentem
Hunc legat, & lecto q̄ bene doctus erit.
Nec te dura nimis autoris scripta retardent.
Indice nam durum mox aperitur iter.

EIVSDEM CAMERTIS in Liuidos.

I liber in dextras hominū, quibus alma Minerua
Cordi est, & uulgi pectora crassa fuge.
Ne tibi liuor edax noceat, tu liuida tecta
Pestis more caue, candor ubiq; placet.
Inuidus (ut mos est) postq̄ te læsit aperte,
Fonte tuo clausus tollet, at inde sitim.
Si cui (quod fateor) paruus labor iste uidetur,
Quid? tibi non placuit, iam caruisse potes.

THEODORICI CANNER ORDINIS MINORum, sacræ Theologiæ Docto. & Austriæ Prouincialis Ministri, in Plynianum Indicem. Epigramma.

Cum fuerit paucis celebratus Plynius olim,
Hunc modo (quæ causa est?) cuncta caterua legit.
Astrologus: ruris cultor: legumq; disertus:
Et qui Pœoniæ præualet artis ope.
Hunc pictor uersat manibus: sculptorq; peritus:
Et qui naturæ condidit historiam.
Ambigis? Abstrusum quoniam nunc Musa Camertis
Explicuit quicquid præpediebat iter.

IOACHIMI VADIANI POETAE A CAESAre Laureati. Ad Lectorem Epigramma.

Non opus, ut nigros Lector rapiaris ad Indos,
Vtq; per Eoas classe feraris opes.
Non opus, ut calidum cernas peregrinus ad axem
Feruida quos æstu uexat harena, Sophos:
Nec te Tantalei capient Carchesia succi
E quis Brachmanas ora rigasse ferunt.
Nec Pelusiaco Memphis circundata Nilo,
Quæ cœli gnaros edidit arte uiros.
Vt te tot rerum longa experientia doctum
In Patrios iubeat laude redire lares.
Nec te Pythagoræ moueat nec fama Platonis,
Hæc olim cupidi lex sapientis erat.

Quum non tuta foret ratio meliora sciendi.
Doctrinæ rarus quum fuit orbe locus.
At nunc, ut subigas mersis freta comita remis
Passurus dubiæ damna timenda uiæ,
Vt per Caucaseas rupes, aut Latmia saxa
Sydereas noctu contueare faces.
Haud ulla hoc tantum rerum pœnuria poscit,
Inuentum est alio discere posse modo.
Et data iam studiis requies, in singula mentem
Vel non mutato prouocat orta loco.
Qui Plini rerum conferta uolumina uersat,
An non securus prospicit orbis opes?
Non cœlum, cœliq; uices, lucemq; tuetur?
Non, quæ per seriem stant elementa suam?
Tum quod aquæ, terræq; fouent, quodq; altior aer
Accipit, an non hoc peruigil author habet?
Non ortus, sortemq; hominum descripsit & artes?
Ni fallor faciem Plynius orbis habet.
Hoc Indos, hoc Chaldæos, hoc quære Pelasgos,
Et latios. Omnes Plinius unus habet.
Quoq; tibi citius possis prodesse uolenti
Dux Picentini cura Camertis erit.
Qui primus longos, multo sudore labores
Dempsit, & intranti perbreue fecit iter.
Indice namq; suo, facili quæq; ordine clausit,
Et loca per numeros colligit apta suos.
Vtq; Calix quondam nucis occultauit Homerum,
Sic paruo magnum codice condit opus.
Codice, qui solus superest, quo discere possis
Quicquid in omnigeno Plynius orbe notat.

FRATRIS Benedicti Chelidonii Epigrãma.

Naturæ hiſtoriam ſi quis cognoſcere paucis
Et cupit exiguo cernere multa libro
Suſcipiat geminis manibus precioſa Camertis
Scripta, & in inſigni codice doctus erit.
Q uem Veronenſis conſcripſit Plynius olim.
Plynius o Patrii lauſq; decuſq; ſoli.
Qui breuibus quondam mundi ornamenta redegit
In paucos mira protinus arte libros
Qui licet exacto cõprendant ordine mundum.
Index iſte tamen ſemita frugis erit.)

GEORGIVS GEMANIVS ORDINIS MI-norum, Ioannis Camertis diſcipulus, ad Lectorẽ.

Sunt, qui turpe putant aliis prodeſse: dolentq;
Proſpera cum cernunt, alteriuſq; bona,
Hi ſua non edunt: alienaq; ſcripta recondunt,
Ad doctos ueniant ne monumenta uiros.
Hanc hominum peſtem fugiant iuueneſq; : ſeneſq;.
An faueas homini, qui nocuiſse uelit?
Exemplo cunctis diſcant prodeſse Camertis,
Qui niſi commune eſt, nil putat eſse bonum.
Index teſtis adeſt, quo toti Plynius orbi
Notior, en cunctas gaudet adire manus.

Indicis optatos ſi uis mox carpere fructus,
Diſtinguas notulis quodlibet ante caput.
Librum prima: caput monſtrat ſed Ciſra ſecunda.
Noſcitur hinc capitis linea quæq; ſui.

SIquis uero numerus poſt primos tres, ſine capitum ſignatione ponitur, is ad caput proxime citatum referendus erit. Exemplũ trium: uel plurium numerorũ, quibus toto opere uſi ſumus id ſit. Solſticia quãdo contingunt. 18. 25. 50. 52. & c. 28. 18. 21. 22. & c. 19. 2. 3. hoc eſt, libro decimooctauo. capite uiceſimoquinto. linea quinq̃geſima & quinquageſimaſecunda. & capite Viceſimooctauo libri decimioctaui. linea uiceſimaprima, & uiceſimaſecũda. & capite Decimonono libri ſecundi. linea tertia, & ſic deinceps, ſicubi plures fuerint ex ordine numeri conſignati, RESpondẽt autem Indicis numeri ei Plyniano codici (nam is tũc nobis excerpẽtibus hæc uſui fuerat) qui ex caſtigationibus Hermolai Barbari recognitus Venetiis impreſſus eſt per Bernardinum Benalium. Anno a natali Chriſtiano. M. cccc. lxxxvii. Alterius autem impreſſionis codices in nullo, uel modico a præfato in linearũ capitum numero diuerſi ſunt. Ne pigeat tamẽ antecedentem, uel ſubſequentẽ lineam interdum legere. Sicq; quod promittitur, mox inuenies.

INDEX IN VNIVERSVM NATURALIS historię C. Plinij opus, per Ioannē Camertē, ordinis Minoꝝ.

Caesaris aedilitas mira

a iiij

Alus herb σύμφυτος Arist. lib. .. 13

Hom: Aper piscis Arist li 4 c. 9 ... κάπρος ... Aprob

d

B rinthus anus i Anst h 9 e 71

Cancellus ... [handwritten]

Cap. piscis Achelo: ...
A ... Herm: ...

Certhia avis Arist lib 7 c 15

cuius opp. h' p' pxr:

Cinclus Avis invalida Arist li 9 et Athenaei de nat anal li 12

f

Curionis Caii funus

e

g ij

h

Funda pala ... li 37. c. 9. a

Cnaphalos auis Arist lib 9 c 16

k

Soplaus sinceritas ... In plut. & ...

1 5 7 1.8
1.2.5.

Iulides pis ... li. 2°

μύτισ [illegible]

Mormylus opp: 43

Mustella piscis lig... 17

Noctua piscis oppilia f...

V

P

P ij

p ij

Phaon e Chio insulam veneri ... [handwritten marginalia]

phorytos herb: Arist h 7 c 13 ...

s

Scoena pis: 32 li: c 7. opp: ver li

s

s

v

Tragurus pro: Trissa opp: h3

vehiculis Gaza ... Arist: Et ic

EXPLICIT PRIMA PARS INDICIS PLYNIANI/ EDITA PRIMO
per Ioannem Camertem Minoritanę professionis. In quo demptis his
quæ ad Geographiā spectant (Nam hæc altera sequens Indicis pars,
plene complectitᷣ) illa omnia ex ordine cōtinentur, quę sparsim, &
plerūq; subobscure Plynius toto opere cōplexus est. Ea aūt sunt
Cœlū. Mūdus ipse, ac mūdi elemēta. Plantę. Arboresq;. Agri
culturę disciplina. Hortorū cultus. Herbarū genera. Me
dicinę ex herbis, arboribus, aīalibusq;. Medicinę eiusdē
primi inuentores, ac medici veteres excellētes. Magicę
vanitatis redargutio. Auri. Argēti. Aerisq; metalla.
Colorū differētiæ. Sculptores, ac Pictores nobiles.
Marmora, reliquorumq; lapidum genera. Po
stremo gemmarū diuersitates. Vires, pre
cia, rationesq;, quibus quæ verę sint,
a facticijs dignosci possunt. HA
BES insuper cōpendio horū
omnium historias nobiliū
actorum, quę admorum
ꝓsecutionē, vitiorūq;
fugam plurimū
valent.

PArs ſecunda Plyniani Indicis eiuſdem Ioannis Camertis, Geographiam, ideſt, Terræ, & in ea Regionũ. Montiũ. Promontoriorum. Specuũ. Syluarũ. Fontium. Lacuũ. Fluminũ. Mariũ. Inſularũ. Oppidorꝶ. Populorumq́, deſcriptiões cõtinens copioſe, ſecundum inter ſe ſeriem litterarum.

Cum gratia, & priuilegio orbis Principũ vt ſupra.

IOANNES CAMERS ORDINIS MINORVM sacræ Theologiæ. D. STEphano Verbeucio Pãnonio uirtutũ, ac uirtutes colentiũ insigni cultori S. D. P.

CONTIGIT mihi sæpius Stephane humanissime, quom de loco quopiã locuturus, aut scripturus essem, nõ parũ dispendiosa apud Plyniũ nostrũ inuestigatio. Quis enĩ poterit tot in eo authore locorũ, breui quom opus fuerit, cõminisci? Volẽs itaq; immensum hunc laborẽ euitare proposse, relegi diligẽter. C. Plyniũ, redegiq; in litteraꝝ ordinẽ (Oĩbus ĩ reb9 series, ordoq; labores Adiuuat) materiã oẽm, quæ ad Geographiam pertineret, idest orbis partitionẽ. Mũdi regiones. Terræ mensuras. Montes. Promõtoria. Syluas. Fontes. Lacus. Flumina. Maria. Insulas. Oppida. Populos, animantũq; in his pluriũ, miras formas, ac dispares uiuẽdi ritus. Sunt enim hæc (ut credimus) cognitu nõ iniucũda studiosisq; plurimũ oportuna. Sed quom (teste Platone) nõ nobis solũ nati simus, uigilias hasce nostras, spernẽdas fortassis multis, sub tuo nomine, aliis cõmunicare statuimus. Qua in re, si quid opis studiosis attulimus, Deo optimo, maximo, a quo omne datũ optimũ, & donũ omne perfectũ est, gratias agant, hæc omnia in Dei obsequiũ redigẽtes. Viennæ Pãnoniæ, Anno a CHRISTI natali. M. D. XIIII. Sexto Calẽdas Augusti.

EIVSDEM Camertis in Geographię Plynianę indicẽ, Tetrastichon.

Terrarum partes, syluas, cum montibus, amnes:
Aequoraq; / & fontes, oppida, stagna, lacus.
Vim cæli, variosq; hominum si noscere ritus
Expetis: hæc mox te nostra tabella docet.

Haonis cgulat / quo Carmia tota fugbit.

Explicit pars secunda Plyniani Indicis, edita per Reuerendũ sacræ Theologiæ Doctorẽ magistrũ Ioannem Camertem ordinis Minorũ, in qua optimo litterarũ ordine continẽtur ea oĩa, quæ ad Geographiã pertinẽt, idest Terræ diuisiones, atq; mẽsuræ. Gentes/ quæ terras accolunt. Oppidorũ: Vrbiumq; insigniũ. Montiũ, Promontoriorũ, Specuũ. Syluarũq;. Marium, Lacuũ, Fontium, Fluminũ. Insularumq; orbis, ac aliorum dictorum nomina, descriptiones, situs.

Impressa Viennæ Pannoniæ per Hieronymũ Vietorẽ, Ioannemq; Singreniũ artis socios. Sumptibus Leonardi, & Lucæ Alantseæ fratrum, ac ciuium Viennensium optimorũ: quibus idem Ioannes Camers/apud quẽ tantũ opus publicandi fuerat autoritas, hũc Plynianũ Indicẽ, facultatem tribuit imprimendi. Anno uidelicet a Christi natali. M.CCCCC.XIIII. Calendis Septembribus.



i3.